

Fo.

LXXXI

peccatoribus: nequaquam ad penitentiam reuocarentur
christi interfectores: quas predicauit dominus
micitis et mansuetis: et eius percursor. dixit enim.
fructus facite dignos penitentiae: ostendens penitentiam
non sterilem: sed digne fructificare. Qui enim
maluit misericordiam quam sacrificium: non ex-
pectabat mortem peccatoris: sed ut peruersus vi-
ueret. Quis autem peruersi potest ut uiuat: nisi
si qui erat in regione longinqua? In iniquita-
tibus se meminit conceptum dauid: et in delictis
a matre sua genitum: cui dominus testimonium
prohibet. Inueni bovem in corde meo. Hic
idem a domino laudatur presumens de domino dicit
Propitius eris peccato meo: multum est enim
non quod multum erat: sed quod id dauid mul-
tum reputabat. Sicut qui iam indefatur erat
et fastidiosus. Non enim laborat exponerari
peccato: cui non videtur nimium. Quod ergo mul-
tum videret: si adhuc in illo delectaretur?
Quod rogaris perderem: nisi doleat habere? Si
enim non doleat habere: gauderet commississe.
Scimus quod deleuit dominus peccatum dauid:
aut quod dolebat peccasse: aut quod gemitabat
et stratum suum lachrymis rigabat: et tanquam pa-
nes cinere manducabat. Si autem gaude-
ret: non magni: sed paruum peccatum suum dice-
ret. Fallunt itaque qui obijciunt penitentiam
apostolorum: et eum irridentes dicunt contra eum. Pecca-
bimus? ut gratia abundet. Dicebat enim. Con-
uertimini per penitentiam. sperate de venia: etiam
si maxima sit iniquitas. quod ubi abundavit pec-
catorum: superabundabit ibi et gratia. Nullum pec-
catorum poterit remanere ante penitentiam. Predi-
cat enim peruersi. Sed ubi se conuerteret ali-
quis: cui prior statim placeret? Qui itaque con-
uertitur: necessario dolet habere quod gaudet
perdere. Penitentia itaque acquirit indulgentiam
sine qua nemo peruenit ad veniam. Si enim
sine ea anima saluaretur: non diceret. peccasti:
quiesce. Cur enim quereret: nisi quod malum
est si peccaret? Quod diligere et non odio habere
potest. quod retentum datur et fugatum saluatur.
Qui inquit querit dolere oportet quod non pri-
us querit. Sicque saluatur quod dolet: sicque libera-
tur: quod penitet. Ex dolore enim dictum est pec-
catorum: quod facias tibi. quasi dicat. adeo doleo
peccasse quod mihi tam graue est quod non velim
contra me te non vindicare. Quero enim in me
quod supplicium possim excogitare quod ti-
bi possit sufficere. Nil mihi graue si me

a peccato potest liberare. Relinquit et penitere
volentibus veniam inuenire. **C**ontra
eos qui dicunt non valere penitentiam: nisi usque ad
baptismum: postea non multumque probat ex-
plis: etiam lapsis post baptismum penitentiam per-
ficere ad salutem. **Capitulum III**

Vnt autem qui
credunt usque ad baptismum peni-
tentiam perficere. namque syrus erat
naaman: qui per aquam perdidit lepra: sed postea
peccatoribus castam perseverare. Gaudet enim
singularitate arrogantes et habere quod non habent.
iactantes se mundos esse: ut prope quasi nihil
post baptismum commiserint ubi iure dole-
re possint. Hi sine oia intelligentes. vi-
res ex scripturarum auctoritate sumentes: et sequentes
precepta medicorum medicamentis exponunt. quod procor-
dat veritati. Legat in apostolo quod intellige-
re noluit. Impossibile est eos qui seclitiam
sunt et gustauerunt donum celeste et percipientes
effecti sunt gratia spiritus sancti et gustauerunt
bonum ubi dei: fructus seculi futuri. ite-
rum renouari per penitentiam. rursum crucifigen-
tes filium dei: et ostentui habentes. Sed si sup-
bia eos non excecasset. videret apostolus non
ita esse destructorem sui laboris atque sui gau-
dij. Quos enim per epistolas correxit nisi qui per
baptismum ceciderant: et in peccato persevera-
bant. Veniens enim visitabat corporali presen-
tia: rationibus et miraculis eos confutans. Quod
scriberet infidelibus ipsis eadem multipliciter
contradicentibus: hunc lapidabat: virgis ce-
dedant: et eis scriberet ut se corrigerent.
Cur autem correctiones infidelibus indice-
ret: si de eorum salute desperaret? Quomodo
scriberet: qui scient et necessario nihil omnino
perficeret? Si non possent renouari per peni-
tentiam cur predicaret eam? Preterea corin-
thum reuocat post baptismum peccantem et
fornicationem gentium supantem. Quod reci-
peret penitentem. si sic contra suum predicaret pre-
ceptum? Sed de baptismo habet intellexit. Vi-
dit enim eos renouari per penitentiam impossi-
bile esse: ut rursum crucifigat filium dei: et osten-
tui habeat. id est ut iteque baptizent. Qui enim
baptizatur: mortem crucis et sepulturam christi
representat in immersione sua. In signo
enim crucis quisque in aqua submergitur: et
submersus sepulchrum ostenditur. Non enim qui